



PARAPHRASIS PSALMI
CIIII.
AVTHORE EGLISEMMIO.

VERSIO

B. ARIÆ MONTANI.

- 1 Benedic anima mea Domino. Domine Deus mi magnificatus es reuerentior: gloriosus & decoratus in laudibus.
- 2 Anctus lumine sicut vestimento, extensileis caelum sicut cortina.
- 3 Contiguus in aquis consuetudo sua: ponens nubes curru suum, ambulans super alas venti.
- 4 Faciens angelos suos spiritus, ministros suos ignem flagrantem.
- 5 Fundauit terram super bases eius, ne metet in seculum & perpetuum.
- 6 Abyssus sicut vestimento operuisti eam: super montes stabant aquae.
- 7 Ab increpatione tua fugient: a voce tonitru tui ferentur praecipiti.
- 8 Ascendent montes, descendent ualles ad locum quem formasti eis.
- 9 Terminum possidisti ne transcant, ne reuertantur ad operendum terram.
- 10 Mittens fontes in conuallibus inter montes ibunt.

Mens age, deposita curarum nube, canoras
Pange Deo laudes. O inuolabile Numen
Imperio penetrans magni sacraria mundi,
Te niuæ cinctum radianti lucis amictu
Splendor, & aurato velamine gloria vestit.
Tendis ut aulæum rutili flammantia coeli
Culmina, mobilibus cænacula ponis in vndis.
Temones densisq; rotas è nubibus aprans,
Ventorum alato peragras sublimia curru.
Seruitum properat flammâ comitante voraci
Spirituum pënata cohors. Ne sedibus vnquam
Pulsa datis abeat tellus compage solutâ,
Libratur grauitate sui; ceu veste fluenti
Alta superfuso velante cacumina ponto,
Delitnit quondam; tua vox vbi sacra profundû
Increpuit, tonitruq; poli sonuere fragosa
Murmura, præcipites fugiunt in cærulea fluctus.
Conspicui nudata leuant fastigia montes,
Subfidente cauis humili cum vallibus agro,
Labitur ad præscos aqua per decliua fines.
In varios collecta sinus, transuoluiet illinc
Nescia, plangendo resonantia faxa laceffit,
Nè liquido rursum latitet sub marmore tellus,
Fontibus



PARAPHRASIS PSALMI
CIIII.
AVTHORE BYCHANANO.

VERSIO

TREMELLII, & IVNII.

Tercium Deus alme canam dominumq; patremq;
Magne parens, sanctâ quam maiestate verendus,
Ætheris æternas rector moliris habemas!
Te decor, auratis ambit te gloria pennis,
Et circumfusum vestis pro tegmine lumen.
Tu sibi pro velo misisti tentoria cæli,
Et liquidas curuo suspendis fornice lymphas:
Et leuibus ventorum alis per inania vectus,
Feras eheu celeres volitantia nubila currus.
Apparent accinctæ auræ flammæq; ministræ,
Vt iussa accipiant. Stat nullo mobilis æuo
Terra, super solida nitens fundamenta molis,
Pollenti stabilita manu, terra obruta quondam
Fluctibus, ut fuso super ardua culmina velo:
Sed simul increpuit tua vox, tonitruq; tremendo,
In sonuere auræ, paulatim ascendere montes
Cernere eras, sensimq; cauas subfidere valles,
Inq; cauas valles trepidas decurrere lymphas.
Nec iterum immissa tellus stagnaret ab vnda,
Limitibus compressa suis resonantia plangit
Littora, præscriptas metuens transcendere metas:
Tum liquidas fontes imis de collibus augens
Flumina, per virides vndas volucntia campos.

- 1 Benedic anima mea Iehouæ, Iehoua Deus mi, magnus es valde, magnificentiam & decorem induisti.
- 2 Amiciens te luce tanquam panno, extendens caelostanquam aulæum.
- 3 Qui contignat aquis cænacula sua, qui disponit densas nubes in vehiculû suum, qui itat super alas venti.
- 4 Qui facit angelos suos ventos, ministros suos ignem flagrantem.
- 5 Fundauit terram super bases eius, ne dimoueretur in seculum & perpetuum.
- 6 Abyssus vt indumento operueras eam supra mōtes stantibus aquis.
- 7 Ex increpatione tua disfugerunt t a vocet onitru tui accelerarunt fugam.
- 8 Condescenderunt per montes, descenderunt per valles in locum quem fundaueras ipsis.
- 9 Terminum possidisti ne transcant, ne reuertantur ad operendum terram.
- 10 Qui emittis fontes per ualles, vt inter montes ambulent.

Vnde